

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Siebenundzwanzigster Band.



Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1902.

XVI.

Reise
nach Oberitalien und Burgund
im Herbst 1901.

Mit Beilagen.

I.

Von

Jakob Schwalm.

Unternommen wurde die Reise in erster Linie für die Abtheilungen Leges und Antiquitates, was nicht ausschloss, dass auch für die andern Abtheilungen einzelne Desiderata ihre Erledigung fanden. Nach einigen kurzen Studien im Kgl. Geh. Hausarchiv zu München, dessen Schätze immer wieder Werthvolles für Ludwig den Baiern bieten, habe ich in den Archiven von Treviso, Venedig, Modena, Reggio, Florenz, Pisa, Turin, Dijon, Besançon und Stuttgart Arbeiten für die Constitutiones erledigt, und in den Bibliotheken von Verona, Udine, S. Daniele, Cividale, Padua, Modena, Nonantula, Bologna, Pistoia, Vercelli, Ivrea und Turin in erster Linie eine stattliche Reihe von Sequenzenhandschriften durchgearbeitet. Ueber diese und im Zusammenhange damit über die gleichen Arbeiten, die ich in Rom 1900 ausführte, werde ich noch gesondert eingehenderen Bericht erstatten. Ausserdem wären nur noch eine Nachforschung für die Scriptores in Alessandria und allerhand Collationen für die Epistolae in der Berner Stadtbibliothek erwähnenswerth.

Aufrichtigen Dank für liebenswürdige Aufnahme und verständnisvolle Förderung meiner Wünsche schulde ich Herrn Geh. Hausarchivar Dr. Jochner in München, Don Antonio Spagnolo in Verona, Don Nicolò Poiani in Udine, Conte A. Zorzi in Cividale, Monsign. A. Dondi, Dott. Cav. G. Ognibene und Conte Roselli in Modena, Cav. Alceste Giorgetti in Florenz, Can. Attilio Rafanelli in Pistoia, Can. Dott. Niccola Zucchelli in Pisa, Prof. Bossola in Alessandria, Can. Pollo in Vercelli, Can. Clerico in Ivrea und besonders Conte Cipolla in Turin; ferner M. Poëte in Besançon, Herrn v. Mülinen in Bern und Archivrath Dr. Schneider in Stuttgart. In Padua hatte der Bibliothekar der Capitolare so wenig Lust, sich auf meine Wünsche einzulassen, dass er trotz wiederholter Bitten nur eine halbe Stunde Arbeitszeit bewilligte und diese Zeit auch auf die Minute genau einhielt; dann später in Dijon war, was schon andere ebenso an sich erfahren, die Aufnahme eine sehr unfreundliche. Um so glücklicher schätze ich

mich, durch M. J. Gauthier in Besançon auf höchst liebenswürdige Weise in allen Arbeiten gefördert worden zu sein.

Als erste der Beilagen lege ich das unerwartet reiche Ergebnis an ungedruckten Stücken zur Reichsgeschichte vor. Dann lasse ich Archivalienverzeichnisse nach Archiven geordnet folgen und reihe hier allerhand Nachträge zu den Regesten an. Zuletzt bringe ich zum Abdruck, was ich sonst von kürzeren Stücken, die der Mittheilung werth sind, gefunden habe.

Beilage I.

Königsurkunden und Acta imperii.

1281 — 1358.

- I. König Rudolf beglaubigt seinen Hofkanzler Rudolf bei jedem Kaufmann für bestimmte Geldsummen.
1281 Jan. 5.¹

Transsumpt von 1297 Juli 30 Florenz, Archivio di Stato, Strozzi-Uguccione. Stark beschädigt.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentium inspectoribus gratiam suam et omne bonum.

Noverit universitas vestra et omnes et singuli firmiter cognoscatis, quod cum virum honorabilem Rudolfum aule nostre cancellarium fidelem et familiarem nostrum dilectum cum nata nostra Clemencia karissima in Apuliam et ad partes Tuscie mitteremus, eidem nostro et Romani imperii nomine a quocunque mercatore vel quibuscunque mercatoribus aut persona vel personis quibuscunque usque ad summam duorum milium marcarum argenti et plus secundum quod sibi sufficere crediderit vel etiam expedire, [. . . in]^a | agendis et consummandis causis et negociis nostris [. . . tam in]^b | cur(ia) Romana quam in eisdem Tuscie partibus . . .^c | dedimus et concessimus plenam et liber[am potestatem . . .]^d | et vocandum se quietum et pagatum de pec[unia accepta nostro et]^e imperii | dicti nomine

a) Fehlen etwa 12 Buchstaben. b) Etwa 18 Buchstaben. c) Etwa 25 Buchstaben. d) Etwa 28 Buchstaben. e) Etwa 18 Buchstaben.

1) Regest zuerst bekannt geworden durch R. Davidsohn, Forschungen zur Geschichte von Florenz III (1901), 32 n. 115. Das Datum ergibt sich trotz der spärlichen Reste unter Heranziehung der Urkunde vom gleichen Tage Reg. imp. VI, 1252 mit voller Sicherheit.

et renunciandi exceptioni non numerate pecunie et non solute et omnibus aliis exceptionibus, per quas nos iuvare possemus quomodolibet vel tueri, et obligandi nos et omnia bona predicti imperii Romani mobilia et immobilia, ac promittendi nostro et imperii memorati nomine restituere omnia dampna expositionis ac interesse cum sorte pecunie mutuate loco et termino statuendis, ac observandi omnes condiciones et pacta adicienda inter ipsum cancellarium nostrum et mercatorem vel mercatores et personam vel personas quascunque, ut supra dictum est, et omnia alia circa premissa faciendum, que nos ipsi faceremus vel facere possemus, si presentes essemus. Ratum, gratum et acceptum habituri quicquid in premissis per prefatum cancellarium nostrum actum fuerit seu etiam ordinatum. In cuius [rei testimoni]um presentes litteras fieri et pendenti sigillo [nostre regie maiestatis]^{a.1} in evidens testimonium et cautelam firmi[orem] precepimus communiri.

Dat.]^b | Vienne, anno Domini m[illesimo] ducentesimo octuage]^c | simo primo, indictione nona, Non. [Ianuarii, regni]^d nostri | anno octavo.

II. Rudolf Hofkanzler und Generalvicar in Tuscia giebt den Florentinern bestimmte Zusicherungen.
1282 Sept. 21.

Abschrift Florenz, Archivio di Stato, Capitoli
Vol. 41 fol. 73.²

In Dei nomine amen. Hoc est exemplum quarundam litterarum, quarum tenor per ordinem inferius annotatur:

‘Nos Rodulfus imperialis aule cancellarius necnon pro Romano imperio vicarius et procurator in Tuscia generalis ex nostro proprio motu ac pro bono imperii et pro pacifico statu et tranquillo predictae provincie nobis commisse decernimus, concedimus et firmamus, quod ante adventum serenissimi domini nostri Rudolphi Romanorum regis citra montes seu ante adventum in Tuscia sui vicarii in Tuscia generalis lingue Teutonice cum comitiva quingentorum militum eiusdem lingue

a) Etwa 20 Buchstaben. b) Etwa 28 Buchstaben. c) Etwa 27 Buchstaben.
d) Etwa 14 Buchstaben. Der Schweif des ‘I’ noch deutlich erkennbar.

1) Die Ergänzungen des Eschatokolls gebe ich nach der Urkunde vom gleichen Tage Reg. imp. VI, 1252. 2) Dies die von Ficker, Forschungen IV, 481 n. 476 Note erwähnte Urkunde, die er damals nicht hat erhalten können.

computandorum more provincie Tuscie ad stipendia camere prefati domini nostri regis nulla petitio vel questio vel controversia vel citatio vel admonitio vel preceptum moveatur, movebitur seu fiet seu gravamen aliquod vel molestia inferetur per nos vel prefatum dominum Rudulfum Romanorum regem aut successores nostros vel alios predicti domini regis nomine sive nostro seu successorum nostrorum, quacumque occasione vel causa, civitati et comuni^a Florentie vel comitatu seu districtui civitatis eiusdem, qui hodie tenetur seu dstringitur per eandem, seu contra ipsam civitatem, comitatum seu districtum prefatum. Cessantes et revocantes et annullantes exnunc omnes processus, citationes, precepta, commonitiones, penarum impositiones et omnia alia contra sepedictam civitatem eiusque comitatum^b seu districtum per nos et nostram curiam usque nunc facta seu etiam actitata^c. Ad quorum omnium corroborationem et omnimodam firmitatem presentes iussimus sigilli nostri munimine roborari.

Datum in arce Sancti Miniatis, die Lune XXI. Septembris, anno Domini millesimo CCLXXXII, indictione XI, regni vero domini nostri Romanorum regis predicti anno IX.'

Que littere sigillate erant sigillo bis longo pendenti cum pluribus filis de sirico rubeo et albo cere viridis, in quo ex parte anteriori erant sculte ymages infrascripte, videlicet ymago sedens super schanno ad modum regis cum corona^d in capite et scettro in manu destra et tres alie ymages hominum ad pedem prescripti realis ymaginis cum litteris circum circha, que videbantur sic patere: . † . S . Rudolphi imperialis aule cancellarii¹.

(S. N.) Ego Iacobus iudex et notarius filius Alberti Amiczini iudex et notarius autenticum huius exempli predictarum litterarum vidi et legi et quicquid in eis scriptum repperi nil addito vel diminuto, quod sensum mutet vel intellectum, hic publice exemplavi ideoque subscripsi.

Am Rand: Exemplum litterarum Rodulfi cancellarii^e et vicarii generalis in Tuscia pro bono imperii.

- a) 'comū' Cop. b) 'cōmitatum' Cop. c) 'attitata' Cop.
d) 'corana' Cop. e) 'canellarii' Cop.

1) Ich füge aus jenem Notariatsinstrument, das ausser einer Urkunde des Hofkanzlers auch die beiden Urkunden des Königs Reg. imp. VI, 1252 und 1802 transsumiert, eine andere Beschreibung dieses Siegels nach Abschrift Holder-Eggerts hier an: 'in quo erat inpressa et sculpta imago regia sedens in trono et quedam imago clericalis stans flexis genibus coram dicta regia maiestate et suptus dictam ymaginem regiam tres erant imagines ad modum scriptorum'. Vgl. Lami, Mon. eccl. Florent. I, 363. 364.

III. Contract zwischen dem Hofkanzler Rudolf und dem Florentiner Iacobinus de Alfanis über ein Darlehen von 3400 Goldgulden. 1283 Mai 5.¹

Gleichzeitige Abschrift Florenz, Archivio di Stato, Santa Maria Novella. Nach gütiger Mittheilung Davidsohns.

In Christi nomine.

Magnificus vir dominus Rudolfus imperialis aule cancellarius et in Tuscia vicarius generalis, nuntius et procurator imperii et serenissimi domini Rudolphi Romanorum regis senper augusti, confessus et manifestus fuit se accepisse et habuisse mutuo et ante hunc contractum recepisse a Iacobino quondam Vermilii Alfani cive Florentino tria milia quadringentos florenos aureos pro iustis necessariis et utilibus^a expensis imperii et ipsius domini regis et ipsius domini cancellarii et pro agendis negotiis imperii et predicti domini regis, dicto Iacobino supradictam pecuniam mutuante non tantum contemplatione imperii et predicti domini regis, verum etiam contemplatione predicti domini cancellarii. Quam pecunie quantitatem predictus dominus cancellarius vice et nomine imperii et predicti domini regis et suo solempni vinculo stipulationis promisit Iacobino predicto pro se et heredibus suis dare, reddere et restituere sine dampnis et expensis ipsius Iacobini et suorum heredum, si qua seu quas fecerint vel habuerint pro predicta pecunia recuperanda in iudicio et extra iudicium, credendo de dampnis et expensis simplici verbo ipsius Iacobini et suorum heredum sine onere probationis. Pro quibus tribus milibus quadringentis florenis aureis et dampnis et expensis predictis dominus cancellarius, vicarius, procurator, nuntius imperii et dicti domini regis obligavit dicto domino Iacobino pro se et heredibus suis terras et possessiones imperii, scilicet plaggiarum imperii vel culmatarum fluminis Arni curie Sancti Miniatis et Ficecchii, que sunt ex parte meridiei dicti fluminis sive citra ipsum flumen, et omnes et singulos redditus et proventus et obventiones ad imperium et predictum regem pertinentes in ipsis terris plaggiarum seu culmatarum seu de ipsis vel pro ipsis terris et possessionibus. Ita quod ipse Iacobinus et

a) 'utibus' Or.

1) Regest bei Davidsohn, Forschungen III, 32 n. 117. — Dies ist das erste der in König Rudolfs Urkunde von 1286 (Jan. 26) Reg. imp. VI, 1969 erwähnten drei Instrumente.

eius heredes dictos redditus, proventus et obventiones possint habere et exigere et eis uti et exercere eosque in sua utilitate convertere, nullo de predictis in sortem computato. De quibus omnibus se predicto Iacobino et suis heredibus constituit possessorem, donec idem Iacobinus corporalem adprehenderit possessionem. Et possessionem, quam iam habet de predictis idem dominus cancellarius, vicarius et procurator et nuntius, Iacobino predicto confirmavit, cedendo ipsi Iacobino pro se et heredibus suis omnia iura omnesque actiones utiles et directas, reales et personales et mixtas, que et quas imperium et predictus dominus rex habent seu habere possent in rebus predictis, ita quod ipse^a Iacobinus et sui heredes ita possint agere, causare, requirere et exigere omnia et singula supradicta, sicut ipse dominus rex posset, quousque predicta summa trium milium quadringentorum florenorum aureorum eidem Iacobino seu heredibus eius a predicto domino rege seu domino cancellario vel successoribus suis plene cum dampnis et expensis fuerit restituta. Et ex certa et spontanea voluntate predictus dominus cancellarius et vicarius se subiecit iurisdictioni episcopi Fesulani, ut in eundem^b dominum cancellarium idem dominus episcopus sententiam excommunicationis possit promulgare, si ea que in presenti contractu continentur plene eidem Iacobino et heredibus suis non fuerint observata. Et renunciavit idem dominus cancellarius exceptioni pecunie non numerate vel non recepte et quod nec ipse dominus cancellarius nec dominus rex nec successores eius compensationem nec retentionem opponent ipsi Iacobino nec heredibus suis occasione usurarum nec aliqua alia ratione vel occasione; confitendo idem dominus cancellarius, quod dictus Iacobinus de mandato dicti domini cancellarii et vicarii predictam pecunie quantitatem sub usuris accepit, quarum usurarum quantitas adscendit tantum, quantum adscendunt omnes redditus et proventus terrarum et possessionum predictarum. Et renunciavit idem dominus cancellarius, vicarius, nuntius et procurator actioni et exceptioni doli mali et in factum^c et conditioni sine causa vel ex iniusta causa et omni iuri et legum et canonum auxilio generali et speciali et comuni, expresso et non expresso, competenti et competituro, quod imperio et ipsi domino regi et dicto domino cancellario et successoribus suis possit prodesse et dicto Iacobino et heredibus

a) Ueber der Zeile von anderer Hand. b) 'eum' Or. c) 'factu' Or.

suis obesse, et ius competiturum expresse et per pactum remisit.

Actum in arce Sancti Miniatis, presentibus domino Iohanne preposito Turicensi¹, domino Guidone de Suzzaria legum doctore, magistro Burcardo de Rein et magistro Petro notario de Urbe testibus vocatis. Dominice nativitatís anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, quinto die mensis Maii, indict. undecima.

Et nos Rudolfus cancellarius et vicarius predictus in evidens testimonium et plenum robur has fecimus nostri sigilli pendentis munimine roborari.

Simon Crivelli de Buggiano^a iudex ordinarius et notarius auctoritate imperiali et dicti domini cancellarii et vicarii scriba predictis interfui et rogatus et monitus hec ego publice scripsi.

IV. König Rudolf belehnt Johann von Chalon mit bestimmten Zollrechten. 1288 Sept. 13.²

Or. Besançon, Archives départementales B. 455.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri imperii Romani fidelibus presentes | litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Sedentes in solio regie dignitatis frequenter ad hoc aciem nostre mentis dirigimus, ut honorem et decus sacri Romani imperii, quemadmodum nostrum requirit officium, dilatemus. Est enim hec nostra salubris intencio, ut personas generoso sanguine ac potencia prepollentes, per quas Romanum decoratur imperium, nobis et eidem fidei ac devocionis constancia et funiculis indissolubilibus indissolubiliter astringamus quodque eisdem tam affluenter favoris nostri plenitudinem prebeamus, quod alios ad devocionem nostram ac dicti imperii Romani facilius inclinemus. Sane cum nobilis vir Iohannes de Cabilone dominus de Arlaco fidelis et frater noster karissimus erga nos et sacrum Romanum imperium prenotatum singularis fidei et devocionis claritate choruscet, sicut variis nobis claret indiciis et patet notoriis argumentis, nos propter hoc eundem singularis benivolencie gracia graciousius prosequi disponentes sibi de regia liberalitate concedimus, ut in castro de Ioigne de

a) 'de B.' zweimal geschrieben.

1) S. unten zu n. XX. 2) Ineditum. Die Verkündigung ans Reich von Sept. 17 Reg. imp. VI, 2190.

qualibet balla lane a mercatoribus ibidem transeuntibus decem solidos Lausanen(sium) denariorum nomine pedagii vel conductus recipiat, ut ipse dictos mercatores in personis et rebus suis pro possibilitate suarum virium viriliter manuteneat et defendat ac eisdem bona fide provideat de securo conductu, cum ipse de pedagio, quod prius in ipso castro recepit, non possit ipsum conductum commode exercere. De aliis autem mercibus et rebus, que per idem castrum ducuntur, idem Iohannes recipiet pedagia sive conductus, secundum quod in castro Clecis¹ tempore confectionis presentium colliguntur et in eodem castro retroactis temporibus recipi consueverunt. Insuper in signum amplioris favoris et gracie memorato Iohanni concedimus, ut ab omnibus mercatoribus lanam ducentibus per archiepiscopatus Bisuntinum, Lugdunen(sem) et Vienen(sem) ac episcopatum Valentinum decem sol(idos) Lausanen(sium) denar(iorum) nomine pedagii vel conductus recipiat in locis, que sibi magis noverit expedire. Que quidem pedagia vel conductus sepe dicto Iohanni nostro et imperii Romani nomine liberaliter in feodum concedimus et concessimus per ipsum et suos heredes legitimos a nobis et dicto imperio perpetuo possidenda. Salvo tamen homagio et fidelitate, que ipse illustribus . . comiti et duci Burgund(ie) fecisse dinoscitur seu eciam impendisse. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Bernam, Id. Septembr., ind. prima, anno Domini MCCLXXX octavo, regni vero nostri anno quintodecimo.

Mit verletztem Majestätssiegel am Pergamentstreifen.

V. König Rudolfs Rechtspruch über die Reichslehen zu Rougemont. 1291 Mai 1.²

Or. Besançon, Archives départementales B. 487.

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nobis apud Moretum pro tribunali sedentibus anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, Kalendas Maii, obtentum fuit coram nobis per sentenciam consensu principum, baronum

1) Lesclees, Clees bei Orbe. 2) Reg. imp. VI, 2445. Bisher noch nie nach dem Original gedruckt, dessen Wortlaut von der Fassung bei Kopp abweicht.

et nobilium qui presentes aderant legitime approbatam, quod translacio sive concessio feodi in Rubeo Monte, quod a nobis et imperio spectabilis vir Otto comes Burgundie tenere dinoscitur, quam fecit Hugoni fratri suo, cassa foret penitus atque vana, eo quod idem Otto comes nobili matrone Mechtildi coniugi sue legitime predictum feodum in Rubeo Monte prius assignaverat et ordinaverat nomine donacionis propter nupcias ante translacionem factam in Hugonem fratrem suum prescriptum. Revocantes igitur iuxta formam prolatae sentencie translacionem sive concessionem predictam, quam prefatus Otto comes Hugoni fratri suo fecit, ac ipsam irritam decernentes volumus, ut memoratum feodum in Rubeo Monte per ipsum Ottonem comitem ac Mechtildim suam coniugem et per consequens suo nomine per Iohannem de Rubeo Monte, qui hoc ab eodem comite suscipiet, possideatur et teneatur pacifice et quiete. In premissorum igitur testimonium nostre maiestatis sigillum presentibus est appensum.

Datum Moreti, anno Domini, die et indictione prescriptis, regni vero nostri anno XVIII.

Siegelstreifen.

VI. König Rudolf verkündet dem S. Eugendiuskloster, dass er dem Johann von Chalon die Vogtei über das Kloster übertragen habe. 1291 Mai 29.¹

Or. Besançon, Archives départementales B. 509.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus . . abbati vel eius vicem gerenti, priori | totique conventui monasterii sancti Eugendi dicti de Jovr devotis suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Gestientes ex animo vos et vestrum monasterium cum rebus et personis sub tranquillitatis quietudine respirare, gwardiam seu custodiam vestri monasterii cum hominibus suis, possessionibus, iuribus, pertinenciis, iurisdictionibus nobili viro Iohanni de Cabilone domino de Arlato fideli nostro dilecto duximus committendam, ut ipse viribus suis et industria contra quoscumque vos et vestrum monasterium volentes molestare vel aliquialiter perturbare protegat et defendat. Nam propter longa locorum intersticia vestras iniurias propellere negociisque vestris intendere nos comode non possemus. Unde pro tuicione viciniore vobisque

1) Ineditum. Die Verkündigung ans Reich vom gleichen Tage Reg. imp. VI, 2464.

magis proficua defensionis vestre dictum Iohannem de Cabilone duximus preponendum, non ut vos opprimat vel offendat, set magis promoveat custodiatque a malis. Unde vestram devocionem seriose requirimus et rogamus, quatinus dicto Iohanni de Cabilone et suis heredibus in omnibus et per omnia reverenter et humiliter pareatis, maxime cum istud excogitaverimus pro vestro commodo et honore.

Datum Moguncie, IIII. kal. Iunii, regni nostro anno decimo octavo.

Mit verletztem Siegel an grünen Seidenfäden.

VII. König Adolf bestätigt den Florentinern Iacobinus und Vermilius de Alfani die von König Rudolf erhaltenen Rechte. 1292 Nov. 28.¹

Transsumpt von 1294 Aug. 30 Florenz, Archivio di Stato, Strozzi-Uguccioni.

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Fructuosa^a obsequia et meritorum preclara insignia, quibus prudentes viri Iacobinus de Alfani et Germilius eius natus cives Florentini dilecti nostri fideles erga nos et imperium enitere dinoscuntur, prelucide pre oculis collocantes omnia feoda, officiorum concessionem seu officium et cetera, que de iure a nobis et imperio debent habere, que inclite recordacionis Rudolfus Romanorum rex illustris noster predecessor ipsis concessit aut indulxit², approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Dantes has nostras litteras maiestatis nostre sigillo signatas in testimonium super eo.

Dat. in Hagenoue, IIII. Kal. Decembr., ind. VI, anno Domini millesimo CCLXXXII, regni vero nostri anno primo.

VIII—XIII. Sechs Urkunden König Adolfs für Johann von Chalon. 1293 Juni—October³.

a) 'Fruobuosa' Cop.

1) Regest bei Davidsohn, Forschungen III, 45 n. 176. 2) Ist König Rudolfs Privileg von 1286, das Ficker, Forschungen IV, 487 n. 483 abdruckt. 3) Das Cartulaire Hugo's von Chalon aus dem Anfang des 14. Jh., das demnächst veröffentlicht werden wird und aus dem ich durch die Güte M. Gauthiers schon jetzt drei der folgenden Inedita Adolfs mit-

VIII. Bestätigung der Belehnung mit dem Vicecomitat von Besançon. 1293 (Mitte Juni)¹.

Or. Besançon, Archives départementales B. 499 stark zerstört. Ergänzt aus dem Cartulaire de Chalon n. 430.

Adolfus^a Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis [presentes visuris graciā suā et omne] bonum.

Presentibus et futuris cupimus esse notum, quod nobi[li]s Odo dominus Montisferrandi^{b.1} Bisuntine] dyocesis vicecomes Bisuntinus mentis compos, fraude vel [dolo non inductus, etatis competentis coram] nostra maiestate vicecomitatum Bisuntin(um) cum iuribus, perti[nenciis et iurisdictionibus ad dictum vicecomi]tatum spectantibus nobili viro Humberto domino^c de Claravalle² [in feodum asseruit se dedisse et dictus] Humbertus nobili viro Iohanni de Cabilone domino de Arlato^d in [feodum recognovit eundem vicecomi]tatum cum omnibus suis iuribus se dedisse. Qui tam donator quam [donatarius coram nostra celsitudine] suam presenciam [exibentes, ut supra]dictam donacionem approbaremus, [ratificarem et confirmarem, humiliter] supplicarunt^e. Nos [v]er[o precibus] eorum benivolis an[i]mis] inclinati [videlicet de donacione facta a nobili] Odone domino Montisfer[ran]di in virum nobilem Hu(m)bertum de [Claravalle et a dicto Humberto in no]bilem Iohannem de Cabilone de regia potestate auctoritate [nostra et imperii] approbamus, ratificamus] et ex^f certa sciencia confirmamus. In qu[or]um t[estimonium] hanc litteram [conscribi et nostri sigilli munimine fecimus] roborari.

Dat. Haggenberg¹, anno Domini MCCLX[XXX tercio, indictione sexta, regni vero] nostri anno secundo.

Am untern Rand links: Regist(rat)a.

a) 'Adolphus' Cart. b) 'Montis Ferrandi' Cart. c) 'de Claravalle d.' Cart. d) 'Allato' Cart. e) 'supplicarunt' Cart. f) 'de' Cart.

theilen darf, befindet sich seit 1848 im British Museum als Additional 17305. Es trägt die Aufschrift: 'En cest livre sunt escriptes totes les latres que haut et puissant baron monsignor Hugue de Chalon sires d'Arlay a, quex que elles soient ne de quel matiere que elles parloient, soit de herietage, d'achat de terre, de fiez ou d'autre chose, don les latres s'ensequent ci apres'. 1) Die beiden Urkunden nn. VIII und IX sind auf Mitte Juni zu verlegen. Wir haben für Hachenburg nur zwei Urkunden vom 13. und 19. d. M., Reg. Adolfs 136 und Toepfer, Hunolstein. Urkundenbuch I, 84, wie mir Oswald Redlich freundlichst mitgetheilt hat. 2) Montferrand bei Rougemont, Clairvaux bei Lons-le-

Saunier im Jura (Montana).

IX. Bestätigung der Belehnung mit der Maiorie von Besançon 1293 (Mitte Juni).

Cartulaire de Chalon n. 431.

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes visuris gratiam suam et omne bonum.

Cum a nostra celsitudine iustum petitur et honestum, gratulamur admittere que petuntur, maxime cum talium virorum exaudiri precamina nos delectet, de quibus^a imperii gloria decoratur et felix suscipit incrementum. Ad hoc habito respectu noverint universi, quod prout a viris valentibus didicimus, nobilis vir Guillelmus maior civitatis Bisuntine dedit et contulit voluntate spontanea in feodum nobili viro Humberto domino de Claravalle in Montana Bisuntine dyocesis maiorem Bisuntinam seu villicatum cum omnibus pertinenciis, iurisdictionibus ac universis appendiciis ipsius maiorie, dictam maiorem non diminuens, sed potius meliorans, ab ipso Guillelmo tenendam, habendam, possidendam suo nomine titulo feodali. Ipse vero dictus Humbertus ex libera voluntate dictam maiorem cum omnibus appendiciis, pertinenciis, iurisdictionibus ac iuribus universis dedit, contulit et tribuit nobili viro Iohanni de Cabilone domino de Allato habendam, tenendam, possidendam titulo feodali pro se et suis heredibus, ita quod dictus Humbertus dictam maiorem tenebat in feodo a dicto Guillelmo et dictus Iohannes de Cabilone tenebat in feodo a dicto Humberto. Predicti ambo nobiles Guillelmus et Humbertus de Claravalle coram nostra celsitudine suam presenciam exhibentes, nostre maiestati coram nostris proceribus humiliter supplicarunt, ut dictam donacionem dicte maiorie Bisuntiae factam a nobili Guillelmo in dictum Humbertum et a dicto Humberto in spectabilem virum Iohannem de Cabilone confirmaremus, ratificaremus, approbaremus de clemencia nostre regie maiestatis. Nos eorum devotis precibus inclinati predictam donacionem, in quantum dictis viris Guillelmo et Humberto competit, dictam collacionem seu donacionem approbamus, ratificamus et auctoritate nostra et imperii confirmamus. In quorum testimonium hanc litteram conscribi et nostri sigilli munimine fecimus roborari.

Datum Haggenberg, anno Domini MCCLXXXX tercio, indictione sexta, regni vero nostri anno secundo.

Anm. Aus den zahlreichen Urkunden und Instrumenten, die alle auf den Streit um den Vicecomität und

a) 'cuius' Cart.

die Majorie von Besançon Bezug haben und im Departementalarchiv in Liasse B. 499 liegen — übrigens einer zusammenhängenden Veröffentlichung sehr werth —, gebe ich hier ausser den Königsurkunden nur Auszüge aus einem Instrument von 1293 Apr. 18, weil darin die Rechte der Majorie umschrieben sind und auch der Rechtszug an den König erwähnt wird. Vgl. dazu Castan, *Origines de la commune de Besançon* (1858) S. 65 N. 6.

‘Ego Guillelmus maior civitatis Bisunt(ine) ac ville de Vileta¹ prope Bisunt(ium) notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod maioria Bisunt(ine) civitatis et ville de Vileta predictarum ad me iure domini vel quasi ex successione seu caduco antecessorum meorum spectat iure hereditario. De cuius pertinenciis est inter cetera, per me vel per mandatum meum seu allocatos ad iudicium meum vocare ipsius maiorie subditos et delinquentes in eadem citare, cognoscere, sententiare, executioni mandare in causis et^a casibus tam civilibus quam criminalibus et emolumenta percipere proveniencia vel dependencia ex predictis. Quam maioriam cum pertinenciis teneo in feodum ligium^b a reverendo in Christo patre ac domino Odone Dei gracia archiepiscopo Bisunt(ino) et in cuius maiorie et eius pertinenciarum possessione vel quasi sum et ante me mei antecessores fuerunt. Ego vero considerata utilitate mea et ipsius maiorie commoditate attenta prefatam maioriam cum omnibus pertinenciis, iuribus et emolumentis ac dependenciis singulis et omnibus quibuscunque, quecunque sint et quocunque nomine seu iure censeantur, et universa et singula, que habeo, habere possum vel debeo quoquomodo in villa et civitate Bisunt(ina) et infra clausuram murorum eiusdem civitatis et in villa de Vileta et in territoriis eiusdem in domibus, casalibus, ortis, vineis, hominibus, mansis, censibus, serviciis, nemoribus, dominiis^c, iusticiis, actionibus et exactionibus et aliis quibuscunque, quocunque nomine censeantur, do, trado et concedo pure, libere et integre, deceptionibus et machinationibus cessantibus quibuscunque, in feodum ligium nobili viro domino Humberto domino de Claravalle in Montania nobilioris genetis^d quam ego sim et melius ac commodius valenti ipsam maioriam et pertinencias tenere, gubernare, defendere^e, defensare^f ac de-

a) Nachgetragen in der Zeile Or. b) ‘liguum’ Or. c) ‘dnūs’ Or.
d) So Or. e) ‘deff.’ immer Or. f) Ausradiertes ‘et’ folgt Or.

1) Velotte.

servire debito servicio erga dominum, a quo tenetur principaliter, quam possim, habendam, tenendam, percipiendam, explectandam et possidendam cum omnibus pertinentiis, dependiciis et emolumentis ab ipso perpetuo hereditarie et eius heredibus et successoribus quibuscunque ad suam et successorum suorum voluntatem penitus faciendam, et etiam in aliam personam seu alias personas transferendo et eisdem concedendo absque aliqua requisicione super hoc michi facienda. Et eidem pro se et suis successoribus investituram tradidi premissorum et singulorum eorundem, ipsum in possessionem vel quasi dicte maiorie et omnium aliorum et pertinentiarum eorundem induxi per tradicionem presencium litterarum et alias, prout in talibus est fieri consuetum, salvo michi homagio et servicio in predictis tantummodo, ipsumque ad fidem et homagium recepi ligium pro predictis. Cedens predicto nobili tanquam vassallo meo fideli et ligio omnes acciones et iura *u. s. w.* Asserens per me stare, quominus ille que expresse non sunt specialiter exprimantur in presencium continencia litterarum. Et ut hec omnia et singula plenum et perpetuum robur obtineant firmitatis, supplico excellentissimo ac potentissimo principi domino Adolpho Dei gracia Romanorum regi semper augusto superiori ac excellenciori domino predictorum, quatenus suum consensum, auctoritatem, decretum et confirmationem premissis interponere dignum ducat, cui ut hec faciat etiam personaliter me supplicare promitto *u. s. w.*'

X. Rechtspruch über den Zoll von Jougne. 1293
Oct. 22.¹

Transsumpt von 1428 Febr. 22. Besançon,
Archives départementales B. 457.

Nos Adulphus^a Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod nobis pro tribunali sedentibus in castris ante Columbariam anno Domini millesimo CC nonagesimo tercio, indictione septima, XI. Kal. Novembr. obtentum fuit, presentibus principibus, comitibus, nobilibus et baronibus, quod spectabilis Otto comes pala-

a) 'A' über radiertem 'Ro' Tr.

1) Auch im Cartulaire de Chalon n. 593, was ich jedoch nicht verglichen habe. Bisher nur unvollständig in dem seltenen Buche C. D(uvernoy) de Montbéliard, Mouvance du comté de Bourgogne envers l'empire Germanique. Preuves. Besançon 1849, p. 99 n. 164.

tinus Burgundie dominus Salinensis fidelis noster dilectus novum pedagium sive theloneum in terminis suis noviter impositum in^a preiudicium mercatorum et nobilis viri Iohannis de Cabilone penitus ammovebit seu faciet amoveri, ac ipse comes Burgundie bona fide promisit coram nobis tale pedagium sive theloneum se depositurum vel deponi facturum nec aliud instituturum vel institui permissurum aliqua ratione an^b si auctoritate regia mediante. Testes huius rei sunt venerabiles archiepiscopi Maguntinus, Coloniensis, episcopi Basilensis, Spirensis, illustris Fridericus dux^c Lothoringie, spectabiles comites de Virnenburch^d, de Catzenellenbogen^e, de Veldencia, de Liningen et alii quam plures.

Actum et datum loco, anno, indictione et die predictis, regni vero nostri anno secundo.

XI. Erster Rechtspruch über die Einführung in die Majorie. 1293 Oct. 22¹.

Or. Besançon, Archives départementales B. 499.

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod anno Domini MCC nonagesimo tercio, XI. Kal. Novembris, indicione septima, nobis sedentibus pro tribunali in castris ante Columbariam nobilis vir Iohannes de Cabilone dominus de Arlato obtinuit per sententiam coram nobis, quod quia venerabilis . . archiepiscopus Bisuntinus ipsum Iohannem de Cabilone non miserat in possessionem maiorie Bisuntine ac domus eiusdem, cui archiepiscopo illud faciendum commisimus, debere mitti per spectabilem Ottonem comitem palatinum Burgundie dominum de Salinis in possessionem^f eiusdem maiorie Bisuntine et domus eiusdem et [missus]^g ab eodem manuteneri contra quoslibet et defendi. Qua sententia sic lata predictus Otto comes Burgundie nostrum in se rec[i]piens mandatum, in presencia . . principum, . . comitum, . . nobilium ac . . baronum legaliter promis[it et] fideliter, quod sepredictum Iohannem de Cabilone infra octavas

a) 'in pr. merc.' in der vorletzten Zeile des Transsumpts nachgetragen. b) 'ansi' über der Zeile nachgetragen Tr. c) 'doux' Tr. d) Vielleicht 'Vivnē' Tr. e) '-ellon-' Tr. f) 'possessione' Or. g) Das Eingeklammerte nicht mehr lesbar Or.

1) Böhmer, Reg. Adolfs 165 und Acta imperii selecta 377 n. 505. Hier der Vollständigkeit halber abermals nach dem Or. abgedruckt.

Omnium Sanctorum in possessionem maiorie Bisuntine et domus eiusdem mitteret, manuteneret et missum defenderet bona fide. Cui sentencie testes aderant venerabiles archiepiscopi Magunt(inus), Colon(iensis), episcopi Spirensis, Basi-liensis, illustris Fridericus dux Lothoringie, spectabiles comites de Virnemburch, de Catzenellembogen, de Veldencia, de Liningen et alii quamplures.

Dat. anno, die, ind. et loco predictis, regni vero nostri anno secundo.

Siegelstreifen.

XII. Mandat ans Reich zum vorigen Rechtspruch. 1293 Oct. 22.

Cartulaire de Chalon n. 591.

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod anno Domini M ducentesimo nonagesimo tertio, indictione septima, XI. kalendas Novembris nobis sedentibus pro tribunali in castris ante Colombariam in figura iudicii per sententiam obtentum extitit coram nobis, quod spectabilis Otho comes palatinus Burgondie dominus Salinensis debet mittere nobilem virum Iohannem de Cabilone dominum de Allato in possessionem maiorie Bisuntine et domus eiusdem et nos auctoritate regia dicto comiti Burgondie dedimus in mandatis, ut dictum Iohannem de Cabilone in possessionem maiorie Bisuntine et domus eiusdem mitteret, missum manuteneret et defenderet^a bona fide. Quare vobis universis et singulis sub obtentu gratie nostre firmiter [damus] in mandatis, ut ad mittendum dictum Iohannem et defendendum in possessionem^b dicte maiorie Bisuntine et domus eiusdem sepredicto comiti Burgundie assistatis legaliter et fideliter consiliis et auxiliis operosis. Testes huius rei sunt venerabiles archiepiscopi Maguntinensis, Coloniensis, episcopi Basi-liensis, Spirensis, illustris dux Lothoringie, spectabiles comites de Viernenburch, de Catzenellenbogen^c, de Veldencia, de Liningen et alii quamplures.

Datum loco, anno, indictione et die predictis, regni vero nostri anno secundo.

XIII. Zweiter Rechtspruch über die Einführung in die Majorie. 1293 Oct. 24.

Cartulaire de Chalon n. 592.

a) 'deff.' immer Cart.

b) So Or.

c) '-bigen' Cart.

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Noveritis quod nobis sedentibus pro tribunali anno Domini millesimo CC nonagesimo tercio, sabbato proximo ante festum apostolorum Symonis et Iude, per unanimem et concordem sententiam principum, comitum, baronum et nobilium nostro consistorio tunc assistentium nobilis vir Iohannes de Cabilone obtinuit, quod si spectabilis vir Otho de Burgondia, quem eidem dedimus inductorem et defensorem^a super officio maiorie Bisuntine iuxta aliam sententiam super hoc coram nobis obtentam, ipsum in idem officium inducere et defendere non posset in eodem, utpote quia idem officium est infra civitatis Bisuntine fortalitia constitutum, eundem Iohannem dictus comes in bona et possessiones extra muros Bisuntinos constituta pertinentia nobili viro Hugoni de Burgondia fratri comitis Burgundie, dicti Iohannis de Cabilone adversario super officio maiorie predictae, pro modo et quantitate eiusdem reddituum maiorie deberet inducere et defendere inductum. Quam inductionem et defensionem si dictus comes nollet facere vel non posset, illud comes idem suis patentibus litteris nostre celsitudini significare deberet vel si idem comes huiusmodi litteras super hoc tradere recusaret, dictus Iohannes de Cabilone de hoc coram nobis docere deberet legitimis documentis, et nos extunc eidem Iohanni alium debe[re]mus dare inductorem et defensorem super Hugonis predicti bonis et possessionibus memoratis, ad quem inductorem et defensorem sibi dandum in hoc casu presentibus nos obligamus iuxta sententiam memoratam.

Datum anno Domini et die premissis, indictione septima, regni nostri anno secundo.

XIV. König Adolf verkündet allen Bewohnern Toscanas die Ernennung Johans von Chalon zum Generalvicar. 1294 Sept. 10.

Or. Dijon, Archives départementales B. 11698.
Eine Copie von 1428 in B. 11700.

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus ecclesiasticis et secularibus, archiepiscopis, episcopis et aliis^b ecclesiarum prelatiis, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus | et aliis nobilibus, vassallis, capitaneis, potestatibus, rectoribus, civitatibus, communi-

a) 'deff.' immer Cart.

b) 'iis' auf Rasur Or.

tatibus, popularibus aliisque suis et sacri imperii fidelibus in Tuscie partibus constitutis gratiam suam et omne bonum.

Contemplantes nos ad gubernandum sacrum imperium non ex nostra sufficiencia vel merito, sed potius divina providencia evocatos, libenter pro eterna remuneratione nobisque commissorum tuitione noctes insompnes ducimus, ut quietem maioribus et minoribus preparemus. Sedatis itaque fluctibus bellice tempestatis, quibus ventus contrarius in Alsacia, Swevia et quibusdam aliis partibus Alemanie cultum pacis et fructum iusticie impedit, humiliatisque inibi brachio nostre virtutis ac potencie sacri imperii rebellibus et prostratis, magna nos cura sollicitat circa bonum statum Ytalie et precipue Tuscie, quam prosequimur favore gracie specialis, intendere cum effectu, ut discordia matre licium et materia iurgiorum effugata pacis et tranquillitatis dulcedine consoletur. Et quia circa alias partes imperii necessario detinemur, ne predicta terra eiusque incole, cui^a nostre maiestatis presenciam in proximo dante Domino pollicemur, nostre tuitionis provisione careant, nobilem ac strenuum virum IOhannem filium comitis de Cabilone dominum de Arlato nostrum et sacri imperii fidelem, in omni discretione providum et providentia circospectum, animi constancia strenuum et puritate fidei approbatum, generalem vicarium nostrum per totam Tusciam constituimus^b et generalem amministratorem in omnibus civitatibus, opidis, castris, possessionibus, bonis, terris, redditibus et proventibus quibuscumque ad nos et imperium spectantibus tenore presencium ordinamus, committentes ei merum et mixtum imperium, ut in facinorosos animadvertere nostra auctoritate valeat et iudicia exercere, que locorum et personarum exigit qualitas, iuxta legum et canonum sacratissimas sancciones, sive cause criminales fuerint vel civiles. Imponendi quoque banna et multas^c ac decreta interponendi super deferendis alimentis, tuitione et restitutione in integrum minorum et ecclesiarum, dandi tutores et curatores quibuslibet^d; et predicta secundum ius alii vel aliis committendi et ab illis ac aliis iuriditione quacumque utentibus ad ipsum appellandi ac eosdem revocandi, quociens viderit expedire, salvo nichilominus maioribus et minoribus pleno iure ad nostre celsitudinis audienciam appellandi et^e provocandi, prout cause suggerit qualitas, in

a) 'per' folgt unterpungiert Or.

b) Zweimal geschrieben Or.

c) 'l' von derselben Hand nachgetragen.

d) 's' nachgetragen Or.

e) Fehlt Or.

quibus secundum iura nobis et illis decernimus deferendum; recipiendi quoque fidelitatis homagium ab omnibus et singulis ac revocandi^a omnia ad ius et proprietatem imperii spectancia, que in partibus illis a quocumque alienata invenerit illicite vel distracta, ac ordinandi et faciendi omnia que utilitatibus nostris et imperii expedire viderit et per nos fieri possent, nisi speciale mandatum exigant vel regali preminencie legum sanctionibus reserventur, plenam sibi dedimus potestatem. Quare fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatinus ad omnia premissa ipsum recipere eiusque monitis et mandatis tanquam nostris obedire et intendere fideliter debeatis, alioquin sentencias, quas rite tulerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus inviolabiliter observari.

Data anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, IIII. Idus Septembris, indictione VII, regni vero nostri anno tercio.

Anm. Das vorstehende Original der zu Nürnberg erfolgten Ernennung, über dessen grossen Werth für die Constitutiones ich kein Wort zu verlieren brauche, ist mit sorgfältigster Lineatur geschrieben und trägt merkwürdigerweise von der Besiegelung noch die rothen Seidenfäden, sowie eine wohlerhaltene Hälfte des Majestätsiegels. Drei Schnitte zeigen jedoch, dass es wieder cassiert worden ist, was wegen der vielen bei der Niederschrift erfolgten Versehen des Schreibers geschehen sein mag. Dennoch ist es in die Hände des Empfängers gelangt, wofür wir auch sonst Analogieen haben. Es hat, ehe es nun ans volle Tageslicht gekommen ist, schon eine kleine Geschichte erlebt, die nicht ohne Ergötzen ist. In den alten Inventaren hatte man den Zusammenhang und Sinn der Ernennung nicht verstanden und merkwürdigerweise Tuscia auf Thusis in Graubünden (lat. Tuscia, ital. Toscana, Tossana) bezogen. Das neue Inventaire (Bd. V, 1878) schleppte den Fehler mit. Dort bietet das Regest beim Original die Erläuterung 'per totam Tusciam' (Suisse et Valais), bei der Copie ist gar 'per totam Tusciam' ganz weggefallen und nur 'Suisse et Valais' geblieben. Hierauf fusst dann Ed. Clerc (anders finde ich keine Erklärung), der in seinem Essai sur l'histoire de la Franche-Comté 2. éd. 1870 I, 511 n. 1 das Document citiert und von einer Ernennung zum kaiserlichen Vicar im Vercors (mit diesem Ortsnamen habe ich nichts anfangen können) und Generalvicar der schweizeri-

a) 'reucan'di' Or.

schen Provinzen spricht. Doch beseitigt gerade die von Clerc gegebene alte Signatur jeden Zweifel an der Identität der Stücke.

Was den Wortlaut der Ernennung angeht, so bieten weder die bisher bekannt gewordenen Ernennungsurkunden Rudolfs noch auch die von Wilhelm Parallelen. Etwas anklingend ist allein die nur in ganz kurzem Auszug erhaltene Ernennungsurkunde des Matteo Visconti von 1294 März 21, Reg. Adolfs 189, deren Text ich leider noch immer nicht habe nachkommen können. Das Vorbild für beide hat die Constitution Friedrichs II. von 1239 Juli 25, Const. II, 301 n. 217 geboten, deren Bestimmungen ganz offenbar benutzt sind und deren Ueberlieferung auch nach Mailand weist¹.

Von der Amtsthätigkeit Johannis von Chalon als Reichsvicar wussten wir aus Villani VIII, 10, dessen Zeitangaben für die Ernennung durch die Urkunde ihre Bestätigung finden gegenüber der Nachricht des Ptolemaeus von Lucca; seit kurzem auch durch Regesten aus den Provvigioni von Florenz, die Davidsohn in Forschungen zur Gesch. von Florenz III, 55 f. unter n. 236 und 238 publiciert hat. Wir erfahren daraus, dass sich Johann an der Curie in Rom aufhielt, selbstverständlich Verhandlungen im Namen Adolfs betreibend. Hierzu kann ich als Bestätigung aus dem Départementalarchiv zu Besançon Liasse B. 499 aus der Protestation von Johannis Procurator von 1295 Jan. 24 noch folgenden Passus mittheilen:

‘Item dico, quod vestre reseptiones^a super predictis monitionibus ut dicitur facte in se publicam et notoriam falsitatem continent ac eciam impossibilitatem et errorem intolerabilem patenter et expresse. Continent enim quod vos monuistis dictum dominum Iohannem ad domicilium suum de Allato et in ecclesia dicti loci, ut redderet et restitueret predicta et cetera. Qui tamen Iohannes est et erat tunc absens in curia Romana causa rei publice, officio legationis fungens auctoritate illustris regis Audulphi Dei gratia Romanorum regis et semper augusti, quod est et erat tunc adeo notorium et publicum in Burgundia, castro et ecclesia de Allato, quod non potest aliqua tergiversatione^b celari. Propter quod apparet dictas reseptiones^a in se falsum continere^c et personam ipsius Iohannis apprehendere non potuisse. Item non possunt dici dicte monitiones canonice, quia non apprehenderunt personam ipsius

a) So Or. b) ‘tergiversatione’ Or. c) ‘continnere’ Or.

1) Das ungewöhnliche ‘Data’ spricht gleichfalls für ein staufisches Diplom als Vorlage.

Iohannis ut dictum est, nec eciam per procuratorem diligentissimum ipsius Iohannis potuerunt vel possunt pervenire ad noticiam ipsius Iohannis, eciam si felici diplomate^a uteretur, cum idem Iohannes esset tempore predicatorum monitionum et adhuc sit ex causa predicta in curia Romana, que distat a loco d'Allay^b per viginti dietas et amplius. Per quod apparet predictas monitiones, que tantum dilationem octo dierum in se continent, non esse canonicas nec vos in eisdem observasse competencia intervalla, quod de iure requiritur *u. s. w.*'

In Rom scheint Johann überhaupt den grösseren Theil seines italienischen Aufenthalts, fast das ganze Jahr 1295, verbracht zu haben, bis er 1296, so vermuthet ich, zurückkehrte. Der eine der abgeschlossenen Verträge von 1295 Apr. 29 ist datiert: 'Actum et datum Rome in hospicio habitacionis supradicti domini Iohannis de Cabilone quod est prope Lateranum'.

XV. König Adolf belehnt Aymo von Faucogney mit dem zur Zeit von französischen Truppen besetzten Schlosse Vesoul. 1296 Febr. 8.¹

Or. Besançon, Archives départementales B. 411.

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Notum fieri volumus tenore presencium universis, quod cum domus et deveria | de Vezour, que Aymo dominus de Faucoingny et vicecomes de Vezour a comite quomdam Burgundie in feudum tenuerat, per gentes regis Francie occupata fuerint et saisita, pro eo quod dictus Aymo per easdem gentes requisitus illud deverium, quod dicto comiti quomdam fecerat pro dictis domo, vicecomitatu et deveriis, dicto . . regi Francie iuxta inhibitionem nostram super hoc sibi factam noluit facere vel prestare, dictusque comitatus per iudicium curie nostre nobis adiudicatus et Othoni quomdam comiti Burgundie abiudicatus fuerit, volumus et dicto Aymoni pro se et heredibus suis concedimus, quod quamdocumque domus, vicecomitatus et alia deveria supradicta cum pertinenciis per viam pacis vel guerre seu alio quoquo modo recuperari poterunt, eidem Aymoni vel heredibus suis libere restituantur tenenda per ipsum et heredes suos in feudum ab eo, qui dictum comitatum in feudum a nobis vel successore nostro Romanorum rege tenebit.

Dat. Conflencie, VI. Idus Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regni nostri anno quinto.

d) 'diplomate' Or. b) 'dallay' Or.

1) Bisher nur unvollständig bei C. D(uvernoy) p. 105 n. 172.

Reste des Siegels an rother Seidenschnur. Wohl von französischem Schreiber.

XVI. König Albrecht einigt sich mit dem Grafen von Savoyen auf ein Schiedsgericht. 1299 Febr. 4.

Or. Turin, Archivio di Stato, Diplomi Imperiali Mazzo 2 n. 23. Nach Abschrift Cipolla's¹.

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii | fidelium, quos oportunum nosse fuerit, tenore presencium noticiam publicam cupimus pervenire, quod nos omnia et singula dampna, que spectabilis vir Amedeus comes Sabaudie recolende memorie illustrissimo domino Rud(olfo) Romanorum regi genitori nostro karissimo, adhuc in minoribus constituto, necnon et Rud(olfo) fratri nostro nobisque tempore guerrarum intulit per se et suos, et omnem rankorem et iram digne indignacionis, quem et quam occasione eorundem dampnorum erga ipsum concepimus et habemus usque modo, sibi de solita benignitate regia indulgemus et simpliciter ex animo relaxamus, recolligentes ipsum in sinum nostri favoris et gracie specialis. Retentis tamen et salvis nostris et imperii iuribus in bonis illis nostris et eiusdem imperii, que idem comes habet et hactenus in sua habuit potestate. Debet eciam dictus comes Paterniacum cum suis attinenciis nostre maiestatis^a manibus assignare. Quo assignato nos duos viros ydoneos pro nobis tamquam arbitratoreseu amicabiles compositores recipiemus et ipse comes per se duos ydoneos recipiet viceversa, qui auctoritate nostra et ipsius super opidis Paterniaci et Moreti necnon turri de Broya cum suis pertinenciis in nostra regali curia existendo amicabiliter nos mutuo complanent per viam iusticie vel amoris. Promittimus insuper predicto comiti Amedeo, quod memoratum opidum Paterniacum, castrum in Mureto et turrim de Broya sibi restituemus, si a nobis per iusticiam obtenta fuerit et evicta. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

a) 'maiestatibus' Or.

1) Diese wichtige Urkunde war sogar der Sorgfalt Kopps entgangen; bei meiner Anwesenheit in Turin nahm ich als sicher an, dass sie gedruckt sei. Sie ergiebt ausserdem Wimpfen als neuen Ort für das Itinerar. 'Bis 30. Jan. ist Albrecht in Nürnberg und erst am 12. Febr. ist er in Frankfurt nachweisbar (Böhmer, Reg. Albr. n. 123 = n. 652). Der Hoftag in Frankfurt war allerdings wohl auf den 2. Febr. angesagt, der König mag aber selbst erst später eingetroffen sein'. (Oswald Redlich.)

Dat. in Vimpina, II. Non. Febr., indicione XIII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Vom Siegel der Pergamentstreifen.

XVII. König Albrecht bestätigt Johann von Chalon vier Privilegien König Rudolfs. 1299 März 18.¹

Or. Besançon, Archives départementales B. 457.

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Tociens regie celsitudinis | sceptrum extollitur alcius et ipsius status solidius sublimatur, quociens nobilium et fidelium suorum vota benigno respiciuntur affectu et ad ipsorum iura et libertates servandas ac commoditates augendas graciosam proteccionem principis invenitur. Cum enim omnis gloria sive potencia principatus in fidelium consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et condecens, ut simus fidelibus et in iustis petitionibus faciles et in gracia liberales. Noscat igitur presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod nos anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, XV. Kalen. April., vidimus et coram maiestate nostra perlegi fecimus litteras infrascriptas non cancellatas, non abolitas et omni suspectione carentes cum vero sigillo inclite recordacionis serenissimi domini Rudolphi Romanorum regis genitoris et predecessoris nostri karissimi, formam que sequitur continentes²: Rudolfus *u. s. w.* Item Rudolfus *u. s. w.* Item Rudolfus *u. s. w.* Item Rudolfus *u. s. w.* Nos igitur ad grata et fructuosa, que memoratus Iohannes de Cabilone dominus de Arlato fidelis noster dilectus inclite recordacionis domino Rudolfo Romanorum regi predecessori et genitori nostro predicto continuacione laudabili impendit obsequia et nobis et imperio impendere poterit graviora, nostre serenitatis inclinantes intuitum ac volentes ipsum ad instar ipsius genitoris nostri favore prosequi graciosi, omnes libertates, concessionem, indulgencias et gracias factas et privilegia eidem Iohanni data per eundem genitorem nostrum, prout superius in omnibus et singulis suis articulis plenius est

1) Der Text stimmt bis auf kleine Abweichungen mit der Urkunde Adolfs von 1292 Juli 7, Böhmer, *Acta imperii selecta* 369 n. 489 überein. Zwei Transsumpte von 1414 Jan. 30 und Febr. 1 liegen in B. 455. Auch im *Cartulaire de Chalon* n. 17. 2) Folgen die Privilegien Reg. imp. VI, 2190. 2180. 2463. 2464.

expressum auctoritate regia innovamus, approbamus, confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumat, gravem maiestatis nostre offensam se noverit incursurum.

Dat. in Constancia, XV. Kalen. Aprilis, indiccione XII, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

§ Signum domini Alberti Romanorum regis invictissimi. § (M).

Siegel ziemlich gut erhalten an Seidenfäden.

XVIII. König Albrecht bestätigt die obige Belehnungs-
urkunde betreffend Vesoul. 1299 Oct. 10.¹

Or. Besançon, Archives départementales
B. 411.

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum sacri Romani imperii | fidelium noticiam publicam tenore presencium volumus pervenire, quod nos instantivis precibus nobilis viri Iohannis de Osseler fidelis nostri dilecti favorabiliter annuentes, litteras illustris quondam Adolphi Romanorum regis predecessoris nostri super domo et deveria de Vezour, quondam Aymoni domino de Faucoingny vicecomiti de Vezour et heredibus suis, videlicet Iohanni et aliis, traditas et concessas in omnibus suis articulis ratas et gratas habebimus et habemus, ipsas auctoritate regia confirmantes. In cuius confirmationis nostre evidens testimonium et memoriam sempiternam presentes litteras sigillo maiestatis regie iussimus communiri.

Dat. in Ezzelingen, VI. Idus Octobr., anno Domini MCC nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno primo.

Dreifarbige Siegelfäden.

XIX. Bittschrift des Erzbischofs von Besançon an König Albrecht in Sachen des Vicecomitats von Besançon. 1299 Nov. 23.²

Or. Besançon, Archives départementales B. 499.

1) S. oben n. XV. Bisher nur unvollständig bei C. D(uvernoy) p. 107 n. 176. 2) Ist von demselben Schreiber geschrieben, der in

Serenissimo domino suo Arberto Dei gracia Romanorum regi semper augusto . . Odo eadem gracia Bisunt(inus) archiepiscopus salutem et | regni sui gubernacula feliciter exercere.

Magestati regie volumus esse notum, quod cum discordia verteretur inter nos et nobilem virum Iohannem de Cabilone dominum de Allato super quibusdam convencionibus inter nos habitis super feodo vicecomitatus Bisunt(ini), nos et dictus Iohannes super dicta discordia composuimus in hunc modum, quod nos nomine sedis Bisunt(ine) dictum Iohannem in hominem nostrum legium recepimus de feodo dicti vicecomitatus, salvo iure nostro et alieno. Et dictus Iohannes fecit nobis fidelitatem et homagium de dicto feodo nomine nostro et sedis Bisunt(ine). Et nos debemus rogare et requirere vestram regiam magestatem per nos vel per procuratorem ydoneum ad hoc habentem mandatum speciale, quod cum illustris rex Francorum sine consensu nostro intraverit dictum vicecomitatum, qui est de feodo nostro et quem a vobis tenere debemus in feodum, ipsum regem Francorum inducere velit et facere bono modo debito, quod ipse rex Francorum dimittat dictum vicecomitatum et nos tanquam dominum feodi et dictum Iohannem tanquam vessallum nostrum de dicto feodo vicecomitatus guadere permittat, et hoc modo et aliis licitis modis debemus et promisimus bona fide procurare, quod dictus Iohannes habeat vicecomitatum supradictum pacifice et quiete. Hoc salvo quod nos non tene mur facere vel solvere aliquas missiones vel expensas pro recuperatione dicti vicecomitatus, prout hec omnia in quodam instrumento publico super hoc confecto sigillo nostro et dicti Iohannis sigillato plenius continentur¹. Unde sublimitatem vestram rogamus et requirimus supplicando, ad quod eciam faciendum secundum formam compositionis predictae discretum virum dominum Stephanum decanum de Sexta et Guidonem Guillardii officialem curie regalis nostre^a Bisunt(ine) nostros facimus et constituimus speciales procuratores, quatinus placeat vobis inducere dictum illustrem regem Francorum et facere bono modo debito, quod ipse rex Francorum dimittat dictum vicecomitatum

a) 'nri' Or.

diesen Jahren vielfach für Johann von Chalon thätig ist und z. B. fast alle Willebriefe zu den Privilegien König Rudolfs geschrieben hat.
1) Vertrag von 1299 Nov. 22, ebenda B. 499.

et nos tanquam dominum feodi et dictum Iohannem tanquam vessallum nostrum de dicto feodo vicecomitatus guardare permittat. Ratum et gratum plenius habituri, quicquid per dictos procuratores in predictis factum fuerit seu procuratum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Dat. die beati Clementis, anno Domini M ducentesimo nonagesimo nono.

Reste des Siegelstreifens.

XX. König Albrecht beglaubigt bei dem Florentiner Vermilius (de Alfani) seinen Gesandten. 1302 März 27.¹

Or. Florenz, Archivio di Stato, Badia zu 1301.

Albertus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Prudenti viro Vermilio de Florentia fideli | et creditori suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Per honorabilem virum magistrum Iohannem prothotarium ac vicecancellarium aule nostre² propositum et affectum nostrum super tuis negociis tibi plenarie duximus referendum. Rogantes quatenus dictis ipsius magistri Iohannis fidem cures credulam adhibere.

Dat. in Baden, VI. Kalen. Aprilis, regni nostri anno quarto.

Rückwärts: Prudenti viro Vermilio de Florentia fideli et creditori nostro dilecto.

Spuren des grossen Siegels in gelbem Wachs.

XXI. Bittschreiben der Stadt Besançon an König Albrecht. 1307 Apr. 25.

Originalconcept³ auf Pergament Besançon, Bibliothèque publique, Archives de la Ville. AA. I. 1 Layette 1. Ich behalte die Eigenthümlichkeiten der Orthographie bei.

Serenissimo principi Alberto dei gratia Romanorum regi semper augusto sacrique imperii amministratori | uni-

1) Bekannt geworden durch Davidsohn, Forschungen III, 81 n. 390. Diese Credenz datiert vom gleichen Tage wie die Vollmachten der Gesandten für Bonifaz VIII. Reg. Albrechts 378 und Kehr, N. A. XIV, 359 n. 53. 2) Siehe diesen schon oben unter den Zeugen des Contracts n. III. 3) Alle Nachträge und Correcturen sind von derselben Hand. Zum Wortlaut einzelner Paragraphen ist der zahlreichen Anklänge wegen die Urkunde von 1290 Juni 3, die in den Nachträgen zu Reg. imp. VI unter n. 2529 sich findet, zu vergleichen.

versitas civium Bisunt(inorum) honorem^a reverentiam^b humilem et devotam.

(1) Maiestati vestre innotescat, quod nos in felicissima curia vestra per presentes^c nostrum constituimus et facimus procuratorem syndicum et nuntium specialem discretum virum magistrum Petrum Belerii clericum Bisunt(inum) ad imppetrandum privilegia, indulgentias et litteras tam simplices quam legendas, gratiam et iusticiam continentes, quas si nobis concedere cum Dei gratia et vestra^d volueritis, protectioni et gardie vestre tanquam administratori nos cum bonis nostris et civitatem Bisuntinam supponemus^e, ita^f tamen quod contra omnes nos et civitatem Bisuntinam deffendere velitis et in iure nostro nos fovere.

(2) Item^g privilegia, libertates, franchissias et gratias a Romanis^h regibus et sacris impperatoribus nobis concessas et factas nobis velitis confirmare¹.

(3) Item usus et consuetudines nostros^h, prout ipsis ab antiquo usi sumus et utimur, nobis velitis observare et manutenere¹ et non contraire.

(4) Item si indignationem et offensam vestram seu quorumque predecessorum vestrorum Romanorum regum pro inobedientia seu alio quoque modo incurrerimus, illud et quidquid ex eo vel ob id sequutum est, quosque processus super hoc contra nos factos et multas quasque ob hoc impositas nobis humiliter veniam poscentibus pie cum begnivolentia et immensitate vestra velitis indulgere, remittere, condonare et predictos processus irritare².

(5) Obedientiam autem et fidelitatem vobis pollicemur^k nos facturos¹ in hiis tantummodo, in quibus impperatori tenemur obedire et iura impperialia reddere et non ultra. Et si quid ulterius vobis fieret, ex gratia reputaremus esse factum.

(6) Item per obedientiam et ea, que vobis per nos sunt^m facturaⁿ, non^o intendimus nec volumus subici futuris

a) Ueber der Zeile nachgetragen. b) Hiernach 'honorem et obedientiam' gestrichen. c) 'per pres.' über der Zeile nachgetragen. d) Hiernach 'speciali' gestrichen. e) Ueber gestrichenem 'supponimus'. f) 'Itam' Conc. g) Die Absätze nicht im Concept. h) So im Conc. i) 'r' in Correctur Conc. k) Ueber 'pol' ist 'fac' angesetzt, aber wieder verwischt. l) 'nos fact.' über der Zeile nachgetragen. m) 'per nos sunt' über der Zeile nachgetragen. n) Hiernach 'est non' gestrichen. o) Ueber der Zeile nachgetragen.

regibus Romanis, nisi esset eis a summo pontifice imperii administratio concessa et decreta.

(7) Item gratias speciales nobis concedere dignemini secundum quod procurator noster vobis humiliter supplicabit^a.

(8) Ratum et gratum plenius habituri, quidquid per dictum procuratorem nostrum seu^b syndicum modo prefato petitem, imppetratum^c fuerit seu etiam procuratum et obtentum. Et sy^d absque indignatione vestra super hiis responsum vestrum habere possemus, humiliter et devote audiremus^e.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum die Martis post festum beati Georgii, anno Domini MCCC septimo^f.

Siegelschnitte.

XXII. König Albrecht bevollmächtigt einen Gesandten zur Entgegennahme des Treuschwurs der Stadt Besançon. 1307 Mai 7.

Or. Besançon, Bibliothèque publique, Archives de la Ville AA I. 1 Layette 1.

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod de nobilis viri Theob(aldi) de Hasemburg fidelis nostri dilecti fide et legalitate plenam et inconcussam fiduciam obtinentes, ipsum Th(eobaldum) constituimus et facimus procuratorem nostrum et nuncium specialem ad petendum et recipiendum nostro et imperii nomine ab universitate civitatis Bisuntinensis homagii et fidelitatis debitum iuramentum. Dantes eidem presentes litteras nostre maiestatis sigillo munitas in testimonium super eo.

Dat. Spyre, Non. Maii, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

Siegelschnitte.

a) 'Item — supplicabit' zwischen den Zeilen nachgetragen. b) Ueber der Zeile nachgetragen. c) Folgt getilgt 'actum gestum'. d) Folgt getilgt 'sine'. e) 'et sy — audiremus' zwischen den Zeilen nachgetragen. f) 'Datum — septimo' mit anderem Ductus und dunklerer Tinte geschrieben, doch von der gleichen Hand.

XXIII. König Albrecht nimmt die Stadt Besançon wieder in Gnaden an. 1307 Mai 7.

Or. Besançon, Bibliothèque publique, Archives de la Ville AA I. 1 Layette 1.

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam publicam volumus pervenire, quod regie mansuetudinis nostre pronitas ad parcendum facilis et difficilis ad vindictam benignius nos inducit, ut prudentes viros . . cives Bisuntinenses fideles nostros dilectos post offensas, quibus indignationem dive memorie domini Rudolphi Romanorum regis genitoris nostri karissimi ac aliorum imperatorum et regum Romanorum illustrium, antecessorum nostrorum, atque nostram hactenus meruerunt, ad favoris nostri refugium assumamus et ad gremium regalis clementie liberaliter colligamus. Dictis itaque civibus totius rancoris et indignationis materiam pure et simpliciter relaxamus et penitus condonamus, omnes sententias et processus contra eosdem cives ratione dictorum excessuum habitos hactenus et hucusque tamquam irritos et inanes auctoritate regia nichilominus revocantes. Insuper permittimus et favorabiliter sustinemus, quod memorati cives bonis, honestis et laudabilibus consuetudinibus usque ad hec tempora habitis inantea more solito gaudeant et fruantur. In premissorum testimonium et cautelam presentes litteras sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Spire, Non. Maii, anno Domini M trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

Rest des Siegels an rothgelben Seidenfäden.

XXIV. Urkunde König Heinrichs VII. für Hugo von Faucigny. 1310 Oct. 17.

Or. Turin, Archivio di Stato, Traités anciens Paquet 1 d'addition n. 10.

Nos Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia nobilis vir Hugo Delphini dominus Fusciniaci cum decem militibus et triginta armatis in dextrariis magnis in partibus Ytalie nobis per unum annum integrum servire promisit, sibi pro stipendio unius mensis, qui incipiet a dominica proxima per octo dies¹, quando debet eciam apud

1) 25. October.

Egebel¹ existere cum suis hominibus et armatis, centum et triginta marcas argenti persolvimus in parato sibique duo milia et quadringentas libras Gebennensium denariorum ab eo die, quo cum armatis predictis ad nos venerit, infra mensem tenemur et promisimus expedire. Et si quid pro sue persone preparacione per nos ulterius faciendum fuerit, hoc arbitrio seu diffinicioni venerabilis Gerh(ardi) Basi-
liensis episcopi dilecti principis nostri et nobilium virorum Amed(ei) comitis Sabaud(ie) et Guid(onis) de Flandr(ia) duximus committendum. Sic eciam quod armatis, si quos ultra predictum numerum fortassis adducet, satisfacere promittimus secundum arbitrium episcopi et nobilium eorundem. Harum testimonio litterarum.

Dat. apud Montem Milianum¹, XVI. Kalen. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

Siegelstreifen.

XXV. Zollprivileg König Heinrichs VII. für denselben.
1312 Febr. 16.

Or. Turin, Archivio di Stato, Faucigny
Paquet 2 n. 1. Nach gütiger Abschrift Cipolla's.

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus.
Universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Romani | principis dexteram non solum continua munerum largicione munificam, sed et alta beneficiorum collacione magnificam decet et expedit inveniri, ut quemadmodum principes alios cum honore tum opibus precellit in bonis, sic ipsos consuetudine regia quadam animositate^a precipua transcendat in donis. Eapropter per presens privilegium noverit tam presens etas quam successura posteritas, quod nos attendentes devocionis et fidei pure zelum, quem nobilis vir Hugo Dalfini dominus Fucign(iaci) dilectus noster habet erga nostre maiestatis personam, considerantes quoque grandia et accepta servicia, que idem Hugo nobis prestitisse denoscitur et in futurum prestabit, volentes eidem ut tenemur ad merita respondere, damus, tribuimus et concedimus eidem Hugoni presenti nomineque

a) 'animositate' Or.

1) Aiguebelle und Montmélian bei Chambéry; vgl. Ludwig, Untersuchungen über die Reise- und Marschgeschwindigkeit S. 69. Eine Urkunde hatten wir bisher nur aus Chambéry.

suo et liberorum suorum recipienti donacione pura, mera et inrevocabili inter vivos pedagium sive pedagìa et iura ipsa pedag(ia) levandi a quibuscumque mercatoribus mercandias infrascriptas ducentibus, videlicet in terra sua apud Bonam, Pontem Biringii, Flumetum, Belumfortem, Bonamvillam, Sanctum Michaellem, apud Terraciam, Montembonodum, Montemfloritum¹ per terram et per aquam et quolibet locorum predictorum de qualibet grossa bestia venali sex denarios, de quolibet montone et ove venali unum denarium, de qualibet bestia honerata pannis, ferro, vino, blado vel avere de peys venalibus duodecim denarios Gebenenses, ita tamen quod solventes in uno loco predictorum in alio loco terre sue solvere iterato pro mercandia, de qua iam solverit, nullatenus teneatur. Mandantes et precipientes universis et singulis dictas mercandias ducentibus, quatenus iuxta formam premissorum eidem Hugoni aut eius mandato absque dilacione, excepcione qualibet et cautela satisfaciant de predictis. Iniungentes eciam universis sacri imperii baronibus nobilibusque aliis quibuscumque, quatenus dictum Hugonem eiusque successores ut supra hoc nostro privilegio presenti iuxta formam premissorum uti libere et quiete absque contradicione aliqua permitant^a. Si quis vero huius nostre sacre pagine violator vel contraditor^a extiterit, indignacionem nostram se noverit incursum.

Datum Ianue cum appositione sigilli nostri, die decimo sexto Februarii, anno Christi millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

Rothe Seidenfäden.

XXVI. XXVII. Schreiben Kaiser Heinrichs VII. an Besançon 1312 (Dec.)² und Antwort der Stadt (nach 1313 Apr. 23).

a) So Or.

1) In der Landschaft Faucigny Bonne, Pont de Boringe jetzt nicht mehr vorhanden, Bonneville an der Arve und südlich davon im Gebirge Flumet, Beaufort und das Schloss St. Michel am linken Ufer der Arve s. von Servoz und ungefähr gerade w. von Chamounix; die französische Karte 1: 100 000 XXV, 25 Sallanches verzeichnet die Ruine dicht bei Le Lac. Terrasse, Mont Bonod und Mont Fleury dagegen liegen im Grésivaudan sämtlich nahe der Isère n. von Grenoble; 'castra Terraciae, Montis Bonoudi et Montisfluriti' z. B. auch Valbonnais II, 143 in Urk. von 1309 Jan. 7 ind. VII. Ueber all diese Zollstätten bietet A. Schulte, Gesch. d. mittelalterl. Handels nichts; nur I, 465 wird das pedagium Fusciniaci erwähnt und im Register als unerklärt bezeichnet. 2) Das

Gleichzeitige Copieen von derselben Hand in Besançon, Bibliothèque publique, Archives de la Ville. Registre le plus ancien¹ f. 161 u. 161'.

XXVI.

(f. 161.) Cest li transcriz des latres nostre seignour lemparaour quil nos envoiai, les quelles nos recehumes lo jour de feste saint George lan MCCC et traze, qui dicent en ceste forme:

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris officialibus, consilio et comuni Bisuntinen(si) fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Levantes oculos nostros in circuitu et videntes guer-rarum turbines, dissensiones et scandala, quibus humani generis inimicus sacrum imperium et subditos^a sibi populos per varias mundi partes turbat et vexat, post diversas nostre diligencie curas, que pro ipsorum procuranda quiete ac optate pacis commodis promovendis, prout ad precelsum cesaree maiestatis officium pertinet, nos assidue interpellant, principes, marchiones, comites ceterosque barones, nobiles, fideles et vassallos nostros et imperii, quos ad hoc pheodis, concessionibus et aliis graciis suis predecessores nostri divi auxerunt augusti, ut tamquam gratitudinis filii exaltationis imperii, ubi status eorum, honor et tranquillitas procurantur, pro sua particulari sollicitudine, quam ab eis fidelitatis debitum requirit et exigit, fructuosi promotores et eius servitores existerent, in hiis nostre imperatorie dignitatis primordiis, cuius sollempnia in nobis sunt nuper nutu divino completa², esse deliberavimus convocandos, ut per eorum directionem, consilium et auxilium tam super rebellium nostrorum de Italie partibus insolentiis propul-sandis et imperii recuperandis iuribus, quam super non-nullis aliis arduis tractandis et ordinandis negociis, statum imperii, christianitatis et orbis tangentibus, ad quorum ordinationem presenciam ipsorum requiritur, salubriter procedere valeamus. Quocirca fidelitatem vestram rogamus, requirimus et hac una pro omnibus peremptoria monitione

a) 'subdēos' Copie.

ähnliche Schreiben an den Bischof von Strassburg ist von Dec. 18. Reg. Heinrichs 514. 1) Siehe Castan, Notes sur l'histoire municipale de Besançon (Besançon 1898) p. 1. 2. 2) Juni 29.

monemus, vobis nichilominus per imperiales apices sub pena privationis^a pheodorum vestrorum ac omnium aliorum, que tenetis ab imperio, districte precipiendo mandantes, quatenus fidem, quam ad maiestatem nostram, prosperitatem imperii, statumque christianitatis et mundi pacificum geritis, hac vice per effectum ostendentes, in Kalendis Maii proxime venturi, quas vobis et aliis, quos ad hoc vocari fecimus, pro termino perhemptorio assignamus, cum decenti armatorum comitiva et ambaxatores ac syndicos vestros ydoneos et honestos ad nostram presenciam transmittatis, nobis impremissis debitum obsequium per eosdem et salubre consilium et auxilium impensuri. Has autem litteras ad cautelam in registris curie nostre registrari fecimus, de quorum presentatione exhibitori earum nuncio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Datum apud Sanctum Cassianum Florentin. dyoc., regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

En ceste page ci apres ast li responsse que lon fist sour ceste latre.

XXVII.

(f. 161'.) Serenissimo ac sacratissimo principi, domino suo verissimo et diu desiderato, domino Henrico Dei gratia invicto Romanorum imperatori et semper augusto. Humilis et obediens universitas sue et sibi immediate subiecte civitatis Bisunt(ine) salutem in Christo et a Christo regi et constanter per eum regem in eius etiam regno feliciter conregnare et tam debitum quam devotum ad sua beneplacita famulatum.

Ecce sicut oculi servorum in^b manibus dominorum suorum et sicut oculi ancille in manibus domine sue, ita oculi nostri ad dominum imperatorem nostrum, donec misereatur nostri, quia multum repleti sumus despectione¹. Quam dilecta et fidelis civitas vestra Bisunt(in)a, excellentissime domine, suis dominis divis imperatoribus pro suis iuribus olim extiterit, credimus quod fama aliqualis recolit, cronice referunt, testantur privilegia et libertates^c, quibus a suis dominis imperatoribus Romanis meruit pro sua fidelitate et obediencia magnifice decorari. Propter quod nos non degeneres filii, sed parentum nostro-

a) 'ois' aus 'o2' corr. Copie.

b) 'im' am Schluss der Zeile.

c) 'libertes' Copie.

rum fidem et probitatem emulantes prompti et parati sumus, carissimi imperatoris nostri et domini negociis opem ferre animo volenti et corde perfecto, nos et nostra^a pro bono statu et prosperitate imperii ressertiendis pro viribus exponere, quia in pace et prosperitate imperii nostram pacem et prosperitatem consideramus reformari. Verumtamen postquam Romanum vacavit imperium, civitatem vestram Bisunt(inam) tamquam viduam et desolatam circumdederunt^b mala, quorum non est numerus. Et nulla nos tuente iusticia impugnaverunt nos inimici nostri ferocissimi, volentes civitatem vestram, que nulli unquam servivit nisi Deo et Romanorum imperatori, in suam redigere servitutem. A quibus sumus multipliciter oppressi et gravati, coangustati undique, prohibiti ingredi et egredi, mercationes et agriculturas exercere, vinee etiam et arbores excisse, predati, spoliati et etiam crudeliter debellati et captivati, tamquam si dicerent hostes quamplurimi: 'Deus dereliquit eum; prosequimini et comprehendite eum, quia non est qui eripiat'¹. Quasi essent^c de illis, quos describit^d sapiens² sic dicentes: 'Insidiemur^e sanguini, ascondamus tendiculas contra insumptem frustra, degluciamus eum sicut infernus viventem, omnem preciosam sustanciam reperiemus, implebimus domus nostras spoliis'. Propter que populus vester est imminutus depa[u]peratus et status civitatis vestre deterioratus et collapsus et communitas civitatis maximis debitis mercatoribus publicis obligata, adeo ut si cognosceretis, posset verificari de vestra pietate et clemencia illud quod de Christo dicitur: 'Videns dominus civitatem flevit super eam'³. Propter quod maiestatem imperatoriam et ingenitam vobis a Deo clemenciam^f, quam bonus^g odor fame vestre longe lateque diffundit, humiliter deprecamur, quod^h nos habeatis quo ad presens de mittendo vobis auxilio excusatosⁱ, quia nobis etiam non sufficimus nos et civitatem vestram deffendere, sed confidimus et requirimus per vestram virtutem, providenciam et strenuitatem a p[re]dictis gravaminibus^k relevari¹. Nam dicimus inter nos congaudendo: 'Noli timere Syon filia, ecce rex tuus tibi veniet mansuetus et iustus⁴, qui omnem

a) 'nostram' Copie. b) 'circūderūt' Cop. c) 'essē' Cop. d) 'b' über 'p' corr. Cop. e) 'Insidiamus' Cop. f) 'clemācia' Cop. g) Folgt getilgt 'fame'. h) 'qq' Cop. i) 'ex' verwischt Cop. k) 'gravaminibus' Cop. l) Fraglich ob 'eu' oder 'ax' corr. Cop.

1) Ps. 70, 11. 2) Prov. 1, 11. 3) Luc. 19, 41. 4) Joh. 12, 15. Matth. 21, 5. Zach. 9, 9.

a te tribulationem auferet omnemque molestiam exturbabit^a. Et sicut poteritis informari per eos, qui de nostra vicinia^b in vestra sunt comitiva, civitas vestra Bisunt(ina) talis est et in tali parte imperii vestri situata, quod si per vos ad feliciorum statum fuerit reducta, utiliore vobis et magis necessariam pro imminentibus negociis eam poteritis invenire, absque hoc quod in Italia contra rebelles et inimicos iusticie pacis et concordie emulatores peregrinum auxilium transnitemus, cum nec sumptus nec vires nobis ad hec sufficiant, sicut verissime novit ille, qui nichil^c ignorat [et] extitit superius declaratum^d. Dominus autem omnipotens contradat^e satanam et omnem adversariam nationem sub pedibus vestris et ita pax et victoria vobis de celo administretur, quod populus christianus sub vestro regimine diucius pacifice et quiete se gaudeat gubernari. Amen.

XXVIII. König Karl IV. verleiht dem Grafen Johann von Chalon-Auxerre ein Münzprivileg. 1353 Oct. 30.

Or. Besançon, Archives départementales B. 378.

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Magnifico Iohanni comiti Autissiodoren(si) consanguineo et principi nostro dilecto gratiam regiam et omne bonum.

Exigunt tue merita probitatis, ut petitionibus tuis ex liberali munificencia regia favorabiliter annuamus. Ut igitur in castro tuo de Orgelet Bissuntinensis dyocesis moneta aurea et argentea, alba et nigra, que legitimo pondere et caractere non fraudetur et alias iuxta modum debitum sit dativa, ab hiis quibus hoc tu seu tui heredes committendum duxeritis cudi et fabricari libere valeat atque possit, tibi et tuis heredibus ac legitimis successoribus intuitu premissorum de regalis munificentie gracia nunc et imperpetuum cudendi et fabricandi monetam huiusmodi plenam et liberam auctoritate Romana regia damus et liberaliter concedimus tenore presencium facultatem. Nulli ergo omnino hominum, cuiuscunque status preeminencie vel condicionis existat, liceat hanc nostre concessionis et liberalitatis gratiam et paginam infringere aut ei

a) 'exturbabit' Cop. b) 'v' über 'g' Cop. c) 'nichl' über 'niit' Cop. d) 'ext. — decl.' zeigen andern Ductus und sind wohl nachgetragen am Schluss der Zeile. e) 'contra' Cop.

ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem regiam se noverit incursum et nichilominus sexaginta marcas auri puri pene nomine regio fisco componat, quarum medietatem regali camere et reliquam medietatem tibi comiti vel tuis successoribus supradictis decernimus irremissibiliter applicando. Presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Dat. Hagnovie, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, indictione sexta, III. Kln. Novembr., regnorum nostrorum anno octavo.

per dominum regem
Nuemburgen electus R.

Siegelrest an rothgrünen Seidenfäden.

XXIX. König Karl IV. verkündet die vorige Verleihung ans Reich. 1354 Sept. 24.

Or. Besançon, Archives départementales
B. 378.

Karolus Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Universis et singulis . . principibus, . . comitibus, . . nobiles, | militibus, clientibus et civibus civitatum et locorum, ad quos presentes pervenerint, nostris et imperii sacri fidelibus nostris dilectis gratiam regiam et omne bonum.

Spectabili Iohanni comiti Autiss(iodorensi) consanguineo nostro dilecto, heredibus et successoribus suis, dominis castri Orgelet Bisuntinensis dyocesis de regie benignitatis clemencia et plenitudine potestatis indulsum et concessimus, quod ipsi in dicto castro Orgelet nunc et perpetuum monetam auream et argenteam, albam et nigram, legalis nummismatis sine falso et contrasigno impressione formatam cudi libere faciant et procurent. Idcirco fidelitati vestre committimus [et] iniungimus seriose, quatenus iuxta continenciam litterarum regalium, quas super eo habere noscuntur, absque contradictione monetam eandem grate et reverenter admittere, recip[er]e et tradere mutuo alterna permutacione debeatis sub pena gravis indignacionis regie et penis in dictis litteris expressatis et contentis. Presencium sub nostro sigillo testimonio litterarum.

Dat. Nuremberg, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione VII, XXIIII. die mensis Septembris, regnorum nostrorum anno nono.

Reste des rothen aufgedruckten kleinen Siegels.

XXX. Johann von Chalon an Kaiser Karl IV. über seine Reichslehen. 1358 April 12.¹

Or. Besançon, Archives départementales B. 457.

Invictissimo et summo principi domino Karolo Romanorum imperatori semper augusto et | Boem(ie) regi, suo domino gracioso Iohannes de Cabilone dominus de Arlato et Cuyssello, sacri Romani imperii vasallus cum condigna obedientia paratum semper animum ad indefessa obsequia et quevis genera mandatorum.

Ad serenitatem vestre imperatorie celsitudinis defero pedagium castri mei Ioigne dyocesis Lausanensis, videlicet decem solidos den(ariorum) monete Lausanensis de quavis balla. Item pedagium ballarum vel saccorum continentium usque ad unam ballam vel circiter transeuncium per archiepiscopatus Bysunt(inum) et Lugdunensem ac per episcopatus Vienensem et Valentinensem, videlicet de qualibet balla decem solidos denariorum monete. Item castrum quod dicitur Novum Castrum super lacu et villa ipsius castri dicte Lausanensis dyocesis cum allodiis, feudis, retrofeudis cum pedagiis, iurisdictionibus, aquis, aquarum decursibus et Nigras Iures et cum aliis rebus, quibuscunque nominibus censeantur, quas Rolinus quondam dominus Novi Castri tenebat in feudum, in premissis salva michi fidelitate debita ducis et comitis Burgundie. Item potestatem cudendi monetam in mea terra ad modum denariorum Parisiensium vel minoris valoris in denariis vel obolis in recto pondere et forma. Item gardiam seu custodiam monasterii sancti Eugendi dicti de Iour Lugdunensis dyocesis cum pertinentiis suis omnibus. Que me reconosco in feudum a sacro Romano imperio possidere ac si qua alia iure consimili teneo, ipsa per presentes vestre maiestatis manibus offerendo, petens eandem vestram maiestatem imperatoriam, quatenus dicta feuda auctoritate vestra imperiali conferre et locare dignemini illustribus principibus dominis meis ducibus Austrie, hiis condicione et moderamine, ut michi et meis heredibus eadem ab ipsis possidenda iure feudali conferant atque locent.

Dat. in Rinvelden, sub mei appensione sigilli, XII. die mens. April., anno Domini millesimo CCCL octavo.

Siegelstreifen.

1) Von einer Hand der kaiserlichen Kanzlei geschrieben. Siehe jedoch Karls Privileg Reg. imp. VIII, 2806; Or. Besançon a. a. O. 'Per dominum cancellarium Conradus de Gysinheym.' Die Bestätigung umfasst auch das Privileg Albrechts von 1299 Mai 10, Reg. Albr. 176.